Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Hillot. D. r. d. s. Hoc est preceptum meum. Sm iohm
ut diligatis inuicem: sicut dilexi uos. Maiorem hac dilectio-
nem nemo habet: ut animam suam ponat quis pro amicis suis.
Vos amici mei estis: si feceritis que ego precipio uobis.
Iam non dicam uos seruos: quia seruus nescit quid
faciat dominus eius. Vos autem dixi amicos: quia omnia
quecumque audiui a patre meo nota feci uobis. Non uos
me elegistis: sed ego elegi uos. Ipsum uos ponam: ut eatis. Fruc-
tum afferatis. Fructus uester maneat: ut quodcumque
petieritis patrem in nomine meo det uobis. Dominica
Metuentes dominum misericordiam. lcō libri sapientiae.
misericordias eius. Ne declinetis ab illo ne
cadatis. Qui timetis dominum credite illi: et non euacuabitur
merces uestra. Qui timetis dominum sperate in illum: et in ob-
lectatione ueniet uobis misericordia. Qui timetis dominum
diligite illum: Illuminabuntur corda uestra. Respicite si-
ti nationes hominum: et cognoscite quia nullus sperauit in
dno et confusus est. Quis permansit in mandatis eius: et de-
relictus est. Aut quis inuocauit illum et despexit eum.
Quoniam pius. Misericors est dns deus nr. lcō libri sa
Lingua sapientium ornat sicut aurum os fatuorum. pientiae
ebullit stultitiam. In omni loco oculi dni contemplan-
tur bonos et malos. Lingua placabilis lignum uitae. que
autem immoderata est conteret spm. Domus iusti plu-
rima fortitudo. In fructibus impii conturbatio. Labia sa-
pientium disseminabunt scientiam: cor stultorum dissimile
est. Victime impiorum abhominabiles dno. Iota iustorum. placabilis
Qui sequitur iustitiam diligitur a dno. lcō libri sapientiae
Iusti in perpetuum viuent: et apud dnm est merces eorum